

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Nuclei evangelici pars festivalis**

**Trautmann, Samuel**

**Wittebergae, 1664**

Oraculum sacrum XL.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Schelt wie der böse Feind sehr wider Christi  
 tum tobet/  
 Und seine grosse Macht und starcken Hörner  
 lobet:

Doch acht' ich solches nicht/du Jesus  
 bist allzeit  
 Mein Felsen-fester Horte/und Horn  
 der Seligkeit.

IN DIE DD. APOSTOLORUM  
 PETRI & PAULI.

Ex Matth. XVI. 14. 16.

*Errat turba rudis. Tua stat confessio PETRE.  
 Est Christus vivi viva propago DEI.*

ORACULUM SACRUM XL.

*Joh. XVII. 3.*

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Αυτη εστιν η αιωνιος ζωη, ινα γνωσασθ  
 οτι εν μονον αληθινον θεον, και ον επισειλας Ιησυν  
 Χριστον.

*Vulga Versio Latina.*

Hæc est autem vita æterna, ut cog  
 noscant te solum verum DEum & quem  
 misisti JESUM Christum.

*Versio*

Verſo B. LUTHERI.

Das iſt aber das ewige Leben/  
daß ſie dich/der du allein waarer Gott  
biſt/ und den du geſand haſt/ Jeſum  
Chriſtum erkennen.

N O T Æ.

1. In hoc ſacro oraculo, primum locum ob-  
tinet vox *αὐτή*, quæ h. l. ponitur pro neutro  
per Ebraiſmum, & ſic poteſt exponi: *αὐτή* hæc  
autem eſt vita æterna, ſeu in hoc conſiſtit vita  
æterna, vel etiam hoc cauſa eſt vitæ æternæ,  
nimirum ut cognoscant te ſolum verum Deum,  
& quem miſiſti Jeſum Chriſtum. Quum enim  
Ebræi neutrum genus non habent, ideo pro  
eo tum masculinò, tum fæmininò utuntur.  
Vide loca *πρωτάθηλα*, Matth. XXI. 42. Marc.  
XII. II. &c. Huic ſententiæ ſubſcribunt Piſca-  
tor in h. l. & B. Glaſſius Grammat: l. 3. tract. I.  
can. 19. pag. 74. Sed Tarnovius in h. l. p. 2045.  
ſcribit nihil vetare citra *μεταπλασµὸν* ali-  
quam hanc voculam accipere ex conſuetudi-  
ne Græcorum & Latinorum pronomina ejus-  
modi indifferenter præcedentibus ſequentibus-  
ve eodem genere connectentium.

2. Heic ſoſander iis, qui verum Deum co-  
gnoscunt, i. e. qui credunt in Deum Patrem, Fi-  
lium

Z 3

lium

lium & Spiritum, & in hac fide usq; ad finem vitæ perseverant, promittit vitam æternam. E. restat vita æterna, *contra Epicuri de regno porcos.*

3. Particula *ἴνα* heic non accipitur *πληρωσῶς* seu de causa finali, sed *αἰτιωσῶς* ita ut sit specificativa seu explanativa. Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, i.e. in eo consisti vita æterna, quando homines verum Deum agnoscunt. In hoc significato D. Johannes Apostolus sæpenumero utitur hac particula. Vide Joh. XV. 8. 13. XVI. 2. & 7. 1. Epist. cap. III. 1. 23. III. Epist. v. 4.

4. Heic primus actus seu gradus fidei notatur qui est *γνώσις* cognitio DEi Patris & Filii, non tamen excluduntur reliqui actus nimirum ad sensus & fiducia, sed potius includuntur per Synecdochen partis vel etiam per Metalepsin. Hinc non nuda, sed fiducialis heic intelligitur cognitio, juxta illud: In cognitione sua justificabit justus servus meus multos, Esa. LIII. 11. In Ebræo est: *יְצַדִּיקוּ בְּרַעְיוֹ יְצִירָם* quod cum Luthero optumè expressit Pagninus: In scientia sua justificabit servus meus multos. Cognoscere igitur h. l. idem est quod credere: Hinc ita colligo:

Si vita æterna non consistit in ignorantia,

Sed

sed in fiduciali cognitione Dei, utiq; fides non erit igaorantia, sed fiducia, *contra Pontificios.*

5. Quum igitur illa DEi cognitio ad fidem pertineat salvificam, ut modo dictum & causa sit pietatis, imò fides & cognitio Dei, quæ est pars fidei constitutiva, Deo per se grata, cultus verò non placeat DEo nisi per fidem, sequitur cognitionem DEi cultui seu pietati esse præferendam, *contra Arminianos negantes, de cognitione DEi dici, quod ea, non minus sit necessaria, quam pietas.* Vid. Apol. c. 2. p. 40.

6. Particula exclusiva  $\mu\omicron\nu$  heic non excludit Filium & Spiritum sanctum, sed tantum idola & creaturas. Hinc rectè Cyrillus: *Exclusiva denominatio excludit tantum idola & creaturas quibus opponitur.* Vide similem locutionem 1. Cor. IX. 6. ubi Barnabas non excluditur. Item 1. Tim. VI. 15. ubi Christus non excluditur, uti apparet, Apoc. XVII. 14 & cap. XIX. 16. Hinc etiam Bibliander hunc locum eleganter enucleat T. 1. Jen. p. 178. a §. Mercke aber/ ubi hæc notanter dicuntur: Christus sehet das Wörtlein **A L L E I N** nicht daß Er sich vom Vater scheide/ des göttlichen Wesens halben/ (weil durch die andern Worte solches alles verhütet ist) sondern eben

eben darumb/ das Er sich und den Vater  
zusammen schlechte/ ja den Vater an sich heffte/  
heffte/ wider alle/ die einen andern Gott  
abmahlen/ oder ihn anderswo suchen/ denn  
in dem HErrn Christo. *Quod observatu  
dignum, contra Arianos, Socinianos, Antitrinita-  
rios, Theomachos perduellas.*

7. *Quod autem vox uov* & heic Christi Dei-  
tatem non destruat, etiam inde apparet, quod  
Christus disertè dicit, vitam æternam non so-  
lum in cognitione Patris, sed etiam sui ipsius  
consistere. Hinc ita argumentamur:  
Si in cognitione Christi æque ac in cognitione  
Dei patris vita æterna consistit, utiq; Christus  
est verus cum Patre Deus, *contra modo nomina-  
tos Arianos & Socinianos exclusivam SOLUM h. l.  
uti & Rom. XVI. ult. urgentes & inde Christi Dei-  
tatem temerè impugnant es.* Sic enim malè col-  
ligunt: Si SOLUS Pater est verus DEUS, utiq;  
Filius non erit Deus.

8. In eo vita æterna consistit juxta hoc Chri-  
sti effatum, ut unum tantum verum Deum  
credamus.

E. præter unum verum Deum non est al-  
lius credendus Deus in N. T. fictitiis & subor-  
dinatus *contra eosdem.* Vid. Smalc. refut. lib. de  
Errore Arian. p. 72. & 131.

9. Non

9. Nonnulli hoc Salvatoris oraculum addunt probaturi Theologiam esse disciplinam Theoreticam, Sic enim argumentantur:

Æterna vita quam propositam habet Theologia, consistit in cognitione DEI, teste h. I. Salvatore.

E. Theologia potius est disciplina Theoretica quàm Practica.

Nos Theologiam esse disciplinam practicam statuimus, & ad argumentum modò adductum breviter respondemus: vitam æternam consistere in cognitione non tanquam in fine, sed tanquam in medio ad finem, sine quo nemo finem adsequitur.

Sed nostri non est tantas componere lites,

Ideo jam sistimus

#### PATRUM TESTIMONIA.

Deum noscere vivere est, ei servire regnare est, eum laudare salus & gaudium animæ est, *August. T. 9. Medit. cap. 30.*

Christus est Filius Dei non sicut propheta, non sicut Johannes, non sicut aliquis magnus justus, sed sicut unicus, sicut æqualis. TU ES CHRISTUS FILIUS DEI VIVI. *Idem tract. 28. in Job. T. 9. col. 225. C*

Nescit planè vitam suam, qui Christum  
ut verum Deum & verum hominem ignorat,  
& ejusdem periculi res est Christum Jesum  
vel Spiritum Deum, vel carnem nostri corpo-  
ris nagare, *Hilarius lib. 9. de Trinit. T. 1. p. 155. B.*

Das Völklein irret sehr/ und will nicht  
recht verstehen

Dasß ich sey Gottes Sohn: Drüm laß  
es immer gehen.

Du Petre lehrest recht/ und zeugest  
offenbahr /

Dasß ich sey Gottes Sohn. Dein  
Zeugniß bleibet wahr.

Ex v. 17.

*Non hominis cerebro: non crebro nascitur usu,  
Sed venit è celo notitia alma DEi.*

## ORACULUM SACRUM XLI.

1. Cor. II. 14.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ψυχὴς ἢ ἀνθρώπων ἢ δόξης τὰ τῆ  
πνεύματος τῆ ἰσῶ. μωρία γὰρ αἰσῶ ἰσῶ καὶ ἰ  
ἰσῶ) πνεύματος ὅτι πνευματικῶς ἀνακρίνεται.

Verse